

4  
faculis, proferam; Siquidem *Testis II. Inquist. Ordin. Rom.* licet una m  
proferat *SERVI DEI* discessus causam, plures tamen indicat *Summar. pa-*  
*gina 190. §. 36. = Taluno . . . . che mal volontieri vedeva il Servo di Dio*  
*fare, ed esercitare tali atti di carità &c. per questo effetto dava qualche*  
*mortificazione al Servo di Dio; Fu perciò anche da Superiori mortificato,*  
*e fra gli altri motivi, anche per questo per obbedienza destinato in altro Con-*  
*vento fuori di Roma =*. Has quidem causas omnes, ne eas Servi Dei cul-  
pæ tribuamus, aperiant nobis est opus Causæ Patroni. Quod si de illa lo-  
quamur, quam Testis profert, in elemosynis distribuendis molimur excuf-  
fisse Dei Famulum, ac contra Obedientiam peccasse vehementer suspicor,  
si ab Ordinis Superioribus tanta visus est poenitentia dignus.

7 Postquam vero Romam fuit revocatus, ubi ad obitum usque permansit, ne-  
scio qua animi contentione perfectioni studuerit, quum Testes, qui de præ-  
claris ejus gestis loquuntur, consule ea referant, & ut plurimum tempora  
non distinguant: Porro si illæ Testium depositiones relate ad postremum hoc  
tempus intelligendæ sunt, prout intellexerunt Patres Doctissimi, facile  
quisque viderit, quantum ipse a perfectione deflexerit, dum prope erat,  
ut bravium acciperet. Et reapse dum munia illa considero, quibus incu-  
buit Dei Famulus, amplius non miro Testem, cujus verba retulimus su-  
pra §. 3., ingenue dixisse = *non ci riconobbi in quanto all' esteriore quel*  
*fervere di spirito di prima =*: Etenim totus ipse erat in elemosynis qua-  
rendis, ut Sacellum S. FRANCISCI DE PAULA construeret, pretiosis  
lapidibus exornaret, argenteis vasis, ac splendida ditaret supellestili; ut  
eiusdem S. FRANCISCI Natalitius dies magnifica sane pompa celebraretur;  
ut in Patria sua præter Cœnobium, alterum Templum extrueret, eique  
supellestem omnem, quæ necessaria erat, magnifice, & abundanter com-  
pararet; ac tandem bis in anno in Ecclesia S. FRANCISCI DE PAULA  
venerationi Fidelium Sacra Hostia exponeretur magna ardentium cereorum  
copia pro oratione quadraginta horarum: Hæc autem omnia ut perageret,  
nonne opus ei erat primo mane e Cœnobio exire, vicos omnes, & plateas  
circumire, opificum tabernas invisere, divinum ædes, & Principum  
aullas penetrare, ac tandem adulto jam, vel ad vespertas vergente die lar-  
gioribus collectis elemosynis onustum domum redire? Porro si pro una  
cereorum collectione, ut magnificentius Eucharistie Sacramentum expo-  
neretur = *non risparmiava fatica . . . . andava preventivamente per la Cit-  
tà a procurare dell' Elemosine delle cere a Palazzo de' Signori Cardinali,*  
*Principi, e Papa medesimo, ed altri suoi Devoti, per il che abbucava tanta*  
*quantità di cera, che si faceva l'Esposizione con una pompa grande, e*  
*poi ne avanzava = Summar. pag. 113. §. 20.,* quanta nam pro arduis illis  
operibus, de quibus supra, perficiendis, temporis jactura, quanta animi  
anxietas, quanta mentis evagatio, quanta ab orandi studio, & quam frequens  
distractio!

8 Neque ad simplicem, nudamque suspicionem hæc sunt referenda; Nam vel  
ipse Dei Famulus ingenue fassus est illa, quæ susceperat, munia in causa  
fuisse, cur tempus ei non superesset, quod orationibus impenderet: Quum  
enim supra laudatus Johannes Baptista Piccardus eum increpasset, ajendo =  
*che mi pareva, che ci fosse diversa in lui, e che non ci riconoscevo quel fer-*  
*vore, e raccoglimento di orazione continua, che ne' primi anni avevo sperim-*  
*mentato, e riconosciuto in esso, e però gli dissi, che si ricordasse delle grazie,*  
*che Iddio gli aveva compartite in quel tempo precedente =*, sese Dei Famulus  
hoc pacto excusabat = *che avendolo allora l'obbedienza destinato a diversi officij*  
*fuori del convento, come alle cerche delle esposizioni del Santissimo, e per qual-*  
*che*